

In una parte.

222. Cephalicon est uirile, laurea tum, leua facie. Subter cuius mentum est asteriscus tantum.

In altera.

Equos singulos ad diuersas nitentes ire parteis, hirsuti, illorsumq̄, iuuenes duo alter aduerso, alter auerso, oribus loris retinent, medi ferè. Nam è tergis sola palliola præterlabuntur. Illis omnino similes profecto sunt, quos hodie, non nisi præfractos, in monte (a ballo, uidemus. infra. m. MEMM. Nummum hunc argenteum meminisse me uidisse Roma apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

223. Concordia Dea uidetur tutulata, mirè compta, leuo ore, capillo cincinnato. à tergo sunt literæ, uesigia. XCVMX Δ.

In altera.

Falces et secures primo ordine desiguntur. Victoris est inde imago armata, hastata, pede leuo globis calcans. Tertio loco succedit Domina Roma, quam Victoria duæ aduolantes coronis donant laureis. Inscriptionis minimum quid superest. CE Nummus hic argenteus mihi uisus est Roma apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

224. Salus depingitur, leua facie, pampinea corona ornata, capillo in collicem dependulo. à tergo. SALVTIS.

In altera.

Aphrica solata, elephantinam gerens capite pellem, sinistraorsum decurrat: ambabus manibus lustrales habens